

cifischen Beinamens angeführt werden können. Diese Gründe hat am erschöpfendsten Ascherson in seinem Referat über den Pariser botanischen Congress (Botan. Zeitg. 1868) behandelt. Als Vortheile dieser Methode werden dort aufgezählt, dass man aus einem derart geschriebenen Namen sofort das ungefähre Alter der Art und häufig auch ihr Vaterland erkennt, dass der ursprüngliche Autornamen der Art entweder zur Empfehlung oder auch als Warnungstafel dient, dass ferner bei Uebertragungen in eine andere Gattung der Zusammenhang und die Uebersichtlichkeit der Nomenclatur bewahrt und dem Gedächtnisse zu Hilfe gekommen werde. Als Beispiel des letzteren Vortheils führt Ascherson *Tetragonolobus siliquosus* (L.) an: wenn wir wissen, dass Linné einen *Lotus siliquosus* hat, so würden wir sofort wissen oder vermuthen, dass unter jenem *Tetragonolobus* diese Linné'sche Art gemeint sei.

(Fortsetzung folgt.)

## Addenda nova ad Lichenographiam europaeam.

Continuatio nova decima. — Exponit W. Nylander.

### 1. *Ephebeia cantabrica* Nyl.

Subsimilis *Ephebae pubescenti*, sed apotheciis extus subgloboso-tuberculosis, solitariis; sporae ellipsoideae vel oblongo-ellipsoideae, longit. 0,011—16 millim., crassit. 0,0045—0,0065 millim. Jodo gelatina hymenialis vinose subrubescens (thecae praesertim tinctae).

Supra saxa arenaria humida montis *la Ruhne* prope St. Jean de Luz in Pyrenaeis occidentalibus (J. Richard).

Species monoica, affinis *Ephebeiae solidae* (Born.) et forsans specie differens, praesertim ob sporas majores. Genus *Ephebeia* distinguitur ab *Ephebe*: apotheciis paraphysibus determinatis et anaphysibus conspicuis, sports omnino simplicibus. *Ephebeiae* pertinet quoque *E. spinulosa* Th. Fr. Forsans *trachytera* Nyl. in Norrl. Lapp. p. 314 ejusdem sit varietas thallo solum latere supero spinuloso, inde ramulis spinulosis crebris secundis; sed haec nondum rite cognita. Spermogonia omnibus discreta et similia extus (receptaculo) apotheciis. Physiologico autem respectu maxime peculiare illud obvenit, quod anaphyses apotheciorum efficiuntur quasi sterigmatibus magis evolutis quam sterigmata spermogoniorum verorum. Ita observatio ea credere fere suadet,

apothecia primitus fuisse spermogonia, quae non evolutione nisi ulteriore apothecia evaderent. Antea indicavi (*Coenogon.* p. 93, fig. 13), paraphyses Lichenum in apothecio juvenili occurrere sterigmatiformes; hoc quidem frequenter observatur. Spermata fere similia in omnibus speciebus.

## 2. *Ephebe lapponica* Nyl.

Forsitan varietas *Ephebes pubescentis*, at differt filamentis thallinis nonnihil crassioribus, monoicis, spermogoniis et apotheciis aut simplicibus aut aggregatis, sporis (fusiformibus) subtriseptatis (longit. 0,014—18 millim., crassit. circiter 0,004 millim.).

Mixta crescens cum *Phyllisco endocarpoide*<sup>1)</sup> in Lapponiae rupibus humidis (Norrlin).

## 3. *Collemopsis caesia* Nyl.

Accedit ad *Collemopsem ripariam* (Arn.), sed thallus caesius, apothecia rufescentia et sporae nonnihil aliae (longit. 0,015—19 millim., crassit. 0,007—8 millim.). Jodo gelatina hymenialis dilute coerulea, dein thecae fulvescentes.

Supra saxa calcarea aprica prope Epernay in Gallia (Brisson)

## 4. *Pterygium posterulum* Nyl.

Thallus olivaceo-nigricans fibrilloso-divisus, fibrillis tereticulis varie divisis (crassit. 0,05—0,09 millim.), ambitu subradiantibus, raro centrifugis, saepius subdiffusus.

Supra saxa calcarea prope Petrila in Transsylvania (Lojka).

Species bene distincta et a congeneribus mox distans thallo infra non coerulea; forsitan tamen potius hujus generis quam *Leptogidium*, quod genus etiam in Europa haud deest. Apotheciis vero ignotis genus manet aliquantulum incertum.

## 5. *Calicium polyporaenum* Nyl.

Subsimile *Calicio parietino*, sed sporis oblongis, longit. 0,010—15 millim., crassit. 0,003—4 millim.

Supra *Polyporum zonatum* vetustum in Hungaria (Lojka).

Sporae magis cylindraceo-oblongae quam in *C. parietino*, quo caractere constante *C. polyporaenum* sit distinguendum.

1) In Th. Fr. Arct. legitur: „hanc stirpem pertinere ad espèces éminemment hygrophiles — nova mihi fuit res. Permultis enim locis eam legens vulgo in rupibus siccis, saepe in aridissimis inveni.“ Scriptor alte inspiciens non animadvertit, eas rupes exsiccatas „vulgo“ inundatas vel nuper irriguas fuisse.

6. *Alectoria nidulifera* Norrl.

Thallus olivaceo-spadiceus erectus minusculus (1—2-pollicaris, crassitie basi circiter 0,5 millim.), patenti-ramosus, sat dense arbusculiformis, ramis subflexuosis, passimsorediosus, sorediis albidis non prominulis, saepius propagula erectula emittentibus indeque spinulosis.

Supra truncos pini in Finlandia media frequens (Norrlin).

Cl. Norrlin in litt. monuit, eam interdum altitudinem usque 4-pollicarem attingere et faciem constantem exhibere. Facile species distincta. Vulgo sterilis, tamen etiam fertilis lecta (a Lang in Korpilahti), apotheciis, quantum vidi, quoque sporis, sicut in *A. jubata* (*prolixa*) Ach. Respectu physiologico notanda sunt soredia propagulifera, thallos juveniles spinuliformes (tamquam isidium spinulosum) proferentia; unde demonstratio optima quomodo thalli novelli e sorediis oriuntur.

7. *Parmelia isidiotyla* Nyl.

Forsan varietas vel subspecies *P. prolixae*, notanda thalli isidio verruciformi olivaceo-cinerascente, saepe conferto, demum crasso et supraalbido-sorediatulo.

In Finlandia saxicola (Norrlin et Lang).

Notetur hic quoque *P. prolixa* var. *exasperans*, cui thallus pro maxima parte verrucoso-exasperatus, protuberantiis convexis (demum hemisphaericis) et saepe confertis (latioribus quam in *P. exasperata*); spermatia eibifusiformia, longit. 0,0005—7 millim., crassit. haud 0,001 millim. Saxicola in insula Hogland (Brenner). *P. isidiotyla* \* *isidiascens* est analogae *P. Delisei*, in Anglia (Crombie).

8. *Lecanora deflectens* Nyl.

Affinis *L. badiellae* et fortasse ejus subspecies, differens apotheciis faciei lecideinae (margine thallino vix ullo) et thallo subdissoluto.

In Finlandia, Hollola, saxicola (Lang).

9. *Lecanora clancularia* Nyl.

Thallus flavido-albidus tenuis inaequalis diffracto-ramosus; apothecia fusca minuta impresso-innata (latit. circiter 0,2 millim.), thelotremoidea (margine thallino non prominulo); sporae 8 nae ellipsoideae, longit. 0,021—28 millim., crassit. 0,010—15 millim., paraphyses gracilescentes liberae. Jodo gelatina hymenialis vinose fulvescens, praecedente coerulescentia.

*Saxis siliceis umbrosis adnata prope La Mothe St. Héray in Gallia occidentali* (J. Richard).

Species facie thelotremoidea mox distincta. Loci incerti ob spermogonia non visa; forsitan in stirpe *Lecanorae cinereae* disponenda.

#### 10. *Lecanora subalbans* Nyl.

Thallus albidus inaequalis vel subverrucosus, firmiusculus (crassit. circiter 0.2 millim.), diffractus; apothecia badio-fuscescentia (subsuffusa), integre thallino-marginata (margine saepius depresso), planiuscula vel convexiuscula (latit. 0,5—0,7 millim.); sporae 8-nae ellipsoideae vel oblongae, 1-septatae, longit. 0,009—16 millim., crassit. 0,0035—0,0045 millim., paraphyses mediocres (apicibus incrassatis subviolaceo-fuscescentibus). Jodo gelatina hymenialis coeruleescens, dein vinose rubescens.

Supra saxa calcareo-schistosa infra alpem Retyezát in Transsylvania (Lojka).

Forsan subspecies *L. erysibes*, thallo autem ita diverso, ut facile pro specie propria sumatur. Etiam thallo differt a *L. albariella* praeter alias notas diversas.

#### 11. *Lecidea subornata* Nyl.

Thallus albidus areolato-diffractus, sattenuis; apothecia fusca vel pallido-fusca, opaca, subverrucoso-rugulosa, convexa, immarginata (latit. 0,5—0,9 millim.), intus pallida vel obscuriora; thecae polysporae, sporae (forsan circiter 100 in quavis theca) globulosae, diam. circiter 0,003 millim., paraphyses mediocres, hypothecium incolor vel leviter rufescenti-obscuratum. Jodo gelatina hymenialis coeruleescens, dein thecae vinose fulvescentes.

Supra saxa gneissacea montis Retyezát in Transsylvania (Lojka).

Species nulli cognitae affinis, sed facie accedit ad *Lecideam coarctatam* (*ornatam*) quacum etiam reactione thalli (CaCl +) convenit. *Endococcus calcaricola* (Mudd) frequens in ejus thallo parasita.

#### 12. *Lecidea torvula* Nyl.

Thallus obscure olivaceo-fuscus, subfurfuraceo-opacus, laxè affixus (crassit. fere 1 millim.), glebuloze diffractus; apothecia nigra opaca rugulosa convexa (latit. circiter 0,5 millim.), 3—6 vulgo agglomerata, intus obscura; thecae polysporae, sporis cen-

tenis aut bicentenis globulosis, diam. 0,003—4 millim., epithecium fuscum, thalamium et hypothecium lutescentia (K flavo-dissoluta). Jodo gelatina hymenialis intensive coerulescens.

In Finlandia, Luhanko, supra saxa granitica (E. Lang), socia *Lecideae eupetraeae*.

Affinis videtur *L. ochrophorae*, sed omnino alia. Paraphyses graciles parcae vel parum distinctae.

### 13. *Lecidea epixanthoidisa* Nyl.

Forsan varietas *Lecideae vernalis*, sed thallo flavido leproso vel subleproso et sporsis tenuioribus (longit. 0,009—0,016 millim., crassit. circiter 0,004 millim.).

Supra truncum putridum in Finlandia (E. Lang).

Satis similis *Lecideae epixanthoidi*, sed sporae simplices.

### 14. *Lecidea poliodes* Nyl.

Thallus cinereo-griseus vel griseo-virescens, tenuis vel tenuissimus, rugulosus, opacus, demum rimosus; apothecia cinerascenti-pallida convexa immarginata (latit. 0,5 millim.), intus hypothecio obscuro; sporae 8nae ellipsoideae simplices, longit. 0,007—9 millim., crassit. 0,0025—0,0045 millim., epithecium incolor, paraphyses non discretae hypothecium rufescenti-obscuratum. Jodo gelatina hymenialis vinose fulvo-rubescens (praecedente saepius glaucescentia vel coerulescentia obsoleta).

Supra saxa micaceo-schistosa in Finlandia, Evo (Norrlin), socia *Lecideae sylvicolae* Krb.

Affinis *L. apochroeellae* at forsam specie distinguenda. Spermogonia pallida, spermatia recta (longit. 0,005—6 millim., crassit. 0,001 millim.).

### 15. *Lecidea subglomerella* Nyl.

Thallus albido-cinerascens tenuissimus inaequalis vel evanescentis; apothecia nigra parva (latit. 0,2—0,3 millim.), convexa, vulgo plura connato-aggregata (ita latit. 0,5—0,8 millim.), intus albida; sporae 8nae fusiformi-ellipsoideae simplices, longit. 0,006—9 millim., crassit. 0,0030—0,0035 millim., paraphyses non bene distinctae, epithecium vage nigro-coerulescens, hypothecium incolor. Jodo gelatina hymenialis bene coerulescens.

Supra lignum vetustum loco humido in Finlandia (Norrlin).

Species facie et sectione apothecii fere ut in *L. globulosa* mox autem distincta jam sporis aliis (ellipsoideis vel fusiformi-ellipsoideis simplicibus). Spermatia recta.

16. *Lecidea hemipoliella* Nyl.

Forsitan subspecies *L. denigratae*, thallo vix ullo visibili, apotheciis parvis lividis vel pro parte pallidis.

Supra corticem alni in Finlandia (Norrlin et Lang).

Sporae vulgo uni-septatae, longit. 0,008—0,011 millim., crassit. 0,003 millim. Epithecium K leviter violaceo-dissolutum.

17. *Lecidea laxula* Nyl.

Sat similis *L. botryizae*, sed thallo (pallido) subfurfuraceo. Forsan solum ejus subspecies.

Supra saxa micaceo-schistosa in Finlandia (Lang).

Thallus et apothecia satis laxae affixa. Thallus subochraceo-pallidus. Sporae longit. 0,007—0,010 millim., crassit. 0,0025—0,0035 millim. (ut in *L. botryiza*, aequae atque quoad ceteras apothecii partes vix differentia adest). Spermatia oblongo-cylindrica.

18. *Lecidea perobscurans* Nyl.

Thallus fuscus tenuis subfurfuraceus vel saepe lutescenti-sorediellus, hypothallo nigro maculiformi instratus; apothecia livido-nigricantia convexa immarginata (latit. 0,5—0,8 millim.), intus cinerascanti-incoloria; sporae 8nae ellipsoideae simplices, longit. 0,010—15 millim., crassit. 0,005—6 millim., epithecium subincolor, paraphyses tenues non bene discretiae, hypothecium incolor. Jodo gelatina hymenialis coeruleascens (thecae praesertim tinctae et dein violaceae coloratae).

Supra corticem betulae in Finlandia (Lang).

E stirpe videtur *Lecideae turgidulae*. Comparetur *L. perobscura* Nyl. in Flora 1874, p. 9.

19. *Lecidea fraterculans* Nyl.

Thallus albidus tenuiter granulatus, subdispersus vel dispersus, intus lacte viridis (flavo-viridis); apothecia nigra parvula (latit. 0,25 millim.), convexula, immarginata, intus albida; sporae 8nae incolores, oblongae vel cylindraceo-oblongae, 3-septatae, longit. 0,016—21 millim., crassit. 0,0045 millim. epithecium coeruleascens, paraphyses non bene discretiae, hypothecium incolor. Jodo gelatina hymenialis coeruleascens, dein violaceae vinose rubescens.

Immixta cum *Sirosiphone saxicola* super saxa granitica in Finlandia (Lang).

Species minuta distincta, sed loci incerti ob spermogonia ignota; forsitan inter species *Lecideae premneae* disponenda, at thalamium recedens. Thallus macer gonidiis copiosis (diam. 0,004—7 millim.).

### 20. *Lecidea chalybeioides* Nyl.

Thallus glauco-coerulescens vel glauco-albidus, deplanatus, tenuis, areolato-diffractus: apothecia nigra subinnata plana (latit. 0,3—0,4 millim.), obsolete marginata, intus concoloria; sporae 8nae ellipsoideae simplices, longit. 0,006—8 millim., crassit. 0,0035—0,0045 millim., paraphyses crassiusculae apice incrassato coerulescente (etiam totum fere thalamium subcoerulescens), hypothecium nigrum supra rufo-fuscenscens. Jodo gelatina hymenialis intensive coerulescens (coerulescentia praesertim thecarum persistente).

Supra saxa quartzosa in Finlandia (Lang).

Species lamina tenui apothecii feresicut in *L. chalybeia*, sed epithecio coerulescente et sporis simplicibus. Fortasse in stirpe *L. dispansae* est accipienda. Conferatur *L. lobulata* Hepp, quae thallo alio et apotheciis convexis distat.

### 21. *Lecidea eupetraeoides* Nyl.

Similis fere *L. eupetraeae* (et reactione thalli simili K e flavo ferrugineo-rubente), sed apotheciis fere sicut in *L. colludente*. Sporae incolores 1-septatae, longit. 0,017—21 millim., crassit. 0,006—8 millim.

Supra saxa granitica riparia in Finlandia, Lubanko (Lang).

Thallus albidus subgranulato-areolatus. Apothecia latit. circiter 1 millim., plana, marginata, saepe subangulosa.

### 22. *Lecidea subocellata* Nyl.

Subsimilis *L. ocellatae* Flk., sed thallo K + (e flavo ferruginascente) et J  $\bar{\text{f}}$

Supra saxa micaceo-schistosa infra alpem Retyezát (Lojka no. 2328).

Affinitas prope *L. uberiorem* (Anzi). Hypothecium incolor. Gelatina hymenialis intensive coerulescens, dein vinose rube-scens vel vinose fulvescens. Sporae longit. 0,010—16 millim., crassit. 0,006—8 millim. Variat thallus suprafuliginose obscurata.

23. *Lecidea leptogica* Nyl.

Apothecia nigricantia minuta (latit. circiter 0,3 millim.), plauscula, subimmarginata (vel margine obtuso); sporae 8nae ellipsoideae simplices vel (spurie) uni-septatae, longit. 0,009—0,012 millim., crassit. 0,0045—0,0055 millim., paraphyses graciles, epithecium et perithecium fusciscentia, hypothecium incolor. Jodo gelatina hymenialis non tincta, thecae vinose fulvescentes.

Supra *Leptogium muscicolam*<sup>1)</sup> vetustum urbis Bressuire in Gallia occidentali (J. Richard).

24. *Xylographa laricicola* Nyl.

Thallus vix ullus visibilis; apothecia nigra opaca superficialia oblonga sparsa (longit. 0,4—0,8 millim.), demum explanatula (margine evanescente), intus albida; sporae 8nae ellipsoideae simplices, longit. 0,012—15 millim., crassit. 0,007—8 millim., epithecium fuscum. Jodo gelatina hymenialis vinose fulvescens.

Supra corticem laricis (prope basin truncorum) in Scotia prope Ben Lawers (Crombie).

Species omnino distincta a ceteris. Paraphyses nullae vel membranaceae, non normales.

25. *Verrucaria rivulicola* Nyl.

Thallus albidus subpulverulentus indeterminatus; apothecia fusconigra hemisphaerico-prominula (latit. 0,25 millim.), perithecio fusco-rufescente dimidiato; sporae 8nae oblongae, tenuiter 1-septatae, longit. 0,023—28 millim., crassit. 0,007—0,010 millim. paraphyses nullae. Jodo gelatina hymenialis non tincta (protoplasma thecarum vinose fulvescens).

Supra lapides cretaceos (saepius submersos) rivuli prope Lenharré in regione Catalaunensi (Marne) legit Brisson.

Species notis datis optime distincta, nulli affinis. Proxima forte *Verrucariae saxicolae* (Mass.).

---

1) Gonidiis et gonimiis cardinem sistentibus Schwendenerismi aegre patet, quomodo e tali hypothese explicaretur vitae ratio Lichenum parasitorum, qui solis apotheciis continentur, et quarum specierum parasitarum nonnullae etiam vix nisi in apotheciis vivunt Lichenum aliorum superiorum magisque evolutorum. Undecunque inspicitur haec nimis famosa hypothese vitia inexperientiae ostendit, nec eam aliquantisper complecti potuerunt nisi quidam rerum huc pertinentium inscii et perfacile deerrantes.



26. *Verrucaria fluctigena* Nyl.

Thallus fuscus subopacus sat tenuis, continuus aut passim rimosus; apothecia parum prominula, perithecio dimidiatim nigro depressiusculo (latit. circiter 0,2 millim.); sporae 8nae oviformes 1-septatae, longit. 0,013—15 millim., crassit. 0,006—7 millim., paraphyses mediocres irregulares (non confertae). Jodo gelatina hymenialis non tincta.

Prope Marennes in Gallia occidentali supra scopulos calcareos marinos ab aestibus submersos (J. Richard). Etiam in Anglia (Crombie).

Species sporis minoribus et paraphysibus distincta a *V. consequente*, cujus tamen esse possit subspecies.

27. *Verrucaria mediana* Nyl.

Quasi intermedia inter *V. clopinam* et *V. umbrinam*, thallo umbrino-fusco tenui, rimoso vel areolato-rimoso, laevi, perithecio dimidiatim magis nigricante quam in *V. clopima*.

Supra saxa micaceo-schistosa infra alpem Retyezát (Lojka no. 2331).

Forsan omnes hae tres Verrucariae ad unam speciem pertinent.

28. *Verrucaria trabalis* Nyl.

Forsan *V. muralis* lignicola, sed thallus castaneo-fuscescens (tenuis inaequalis rimosus). Sporae longit. 0,016—22 millim., crassit. 0,009—0,010 millim.

Supra trabes inundatas molendinae in Finlandia (Lang).

29. *Verrucaria submuralis* Nyl.

Est quasi *V. muralis* perithecio integre nigro. Sporae longit. 0,019—23 millim., crassit. 0,009—0,011 millim.

Supra ossa vetusta in Transsylvania (Lojka). Etiam calcicola.

30. *Verrucaria psilotera* Nyl.

Subsimilis *V. oxysporae*, sed sporae aciculares longiores (longit. 0,030—40 millim., crassit. 0,0015—0,0020 millim., 3-septatae).

Supra corticem salicis in Nordlandia (Zetterstedt). In Finlandia super corticem Daphnes (Lang).

Sporae breviores quam in *V. Quercus* (Beltr.).

*Lecanora coralliza* Nyl. saltem subspeciem sistere videtur *L. vitellinae*,<sup>1)</sup> a qua differt thallo (saepe crasso, crassitie 1—2 millim., et tum albido, excepta parte supera vitellina) coralloideo-subfibrilloso vel granuloso-coralloideo, apotheciis demum convexis (margine thallino tum excluso). In Finlandia saxicola (Norrlin et Lang).

*Lecanora confragosa* \* *exterior* Nyl. apotheciis nigris, demum sublecidinis, margine thallino saepe crenato. In Finlandia super saxa (Lang).

*Lecanora trabigena* forsán ut subspecies differt a *L. polytropa* thallo parum evoluto aut evanescente, sporis longit. 0,009—0,014 millim., crassit. 0,005—7 millim. In *L. polytropa* lignicola, data in Arn. Exs. 537 spora breviores (turgidiores), longit. 0,009—0,011 millim., crassit. 0,006—7 millim.

*Lecanora anoptoidea* Nyl. in coll Lojka no. 2481 comparari potest cum *L. paroptoide*, sed jam differt paraphysibus distinctis, clava nigrescente et sporis minoribus. Late est distributa. Spermata subcurvula, longit. 0,005 millim., crassit. non 0,001 millim.

*Lecanora anopta* jungenda sit cum *L. paroptoide*, nam etiam immixta vidi spermogonia spermatis ut in *L. anopta*. Thalli diversi saepe in lignis commixti observantur.

*Lecanora subrugosa* Nyl. differt a *L. chlarona* margine thallino apotheciorum determinate crenato et aliis notis. Differt a *L. chlarotera* apotheciis minus confertis et gelatina hymeniali jodo vinose fulvescente. In Finlandia corticola (Norrlin et Lang).

*Lecanora cembricola* Nyl. Datur in Arn. Exs.<sup>2)</sup> no. 587. Differt a *L. mughicola* jam sporis longioribus (longit. 0,012—18 millim., crassit. 0,004—6 millim.) et spermatis brevioribus (longit. 0,009—0,010 millim., crassit. 0,0007 millim.).

*Parmelia glabrans* Nyl. Subsimitis *P. glabrae*, sed sporis minoribus (longit. 0,007—0,011 millim., crassit. 0,005—6 millim.) et spermatis bifusiformibus (longit. 0,005—6 millim.). Supra saxa arenaria in Algeria (Paris) et forsán quoque in Europa obvia. Medulla Ca Cl †.

1) Antea indicavi, *Lecanoram candelariam* Ach. ad eandem stirpem pertinere. Inexperientia solita adhuc in Th. Fr. *Scandin.* p. 145 et 167 stibabus „sterigmata multi-articulata“ attribuuntur, qualia minime sunt.

2) Nomine erroneo „*Alectoria sarmentosa*“ datur in Arn. exs. no. 574 a, b, c, *Ramalina thrausta* Ach. facile dignota ab omni *Alectoria*.

# ZOBODAT - [www.zobodat.at](http://www.zobodat.at)

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung](#)

Jahr/Year: 1875

Band/Volume: [58](#)

Autor(en)/Author(s): Nylander William

Artikel/Article: [Addenda nova ad Lichenographiam europaeam 6-15](#)